

peratores ambo de fonte sacro baptismo^(a) eum suscepit, et spiritali filius fuerunt imperatores. posuit ei nomine avum suum Maxencium, Christo fidelissimum, quia suum pater sive avum item fidelem fuit flagellator et persecutor omnium Christianorum. ca-

5 theticavit eum sancte Romane sedis pontificem; ostendit ei virtutem domini nostri Ihesu Christi, que in mundo operavit secundum quod in evangelii verbis legitur, quod carne suscepit de sancta virgine Dei genitrice Maria, quod de ea natum fuit, quod ad Iohanne baptizatus fuit, quod ad Simeon in templum receptus, quod temptatus, quod adprehensus, quod flagellatus et passus, quod sepultus,

10 quod ad inferos descendit et tertia die resurrexit^(b) a mortuis, quod^(c) a discipulis post resurrectionem eis apparuit, quod ad cellos ascendit, quod Spiritum sanctum in suos discipulos misit, quod virtutem et potestatem in suo nomine eis dedit et eis facere precepit.

15 puer autem annorum erat decem, postquam ille cognovit in adolescentia et secundum suam puericiam per ostensione Romano benignum pontificem per scripturam sanctam quod fuit Christi virtutem. Deo ergo gratias erat referentem seu pontificem et imperatores, qui eum invenit. blasphemabat protervitatem et iniquitatem omnia,

20 quod operatus erat prophanus et iniquus seu impiissimus patri suo; dicebat: « Digni sunt operarii mercedem iuxta suum laborem ». multitudo millenarii decori navibus, que vigent, qui nos hominibus in navigantes cum turris argenteis altitudo et longitudo. longitudo ibique erectis erat. ille iniquus cum aliquantos de suis cum eo

25 vult supra ascendere, a demonibus invocatione, quod supra erunt stantes, subtus omnibus pluviam ibique videretur infundere, lampades quasi sol et stellis erant radiantem tonitruum supra audire coruscare istum totum demoniorum artificii. Andrea archiepiscopus ista ystoria composuit per indotis intelligentie et alia

30 scripsit de exaltatione sancte crucis, quod in cellum apparuit, per artis intelligentie. ista iniquitate sive flagellatione, quomodo hic recitata est, que per aqua fuerunt venturi; alia, que de terra fuerunt veniente, que super incium seu per cognitione per ordine dictum est.

Modo aliquid breviter dicamus, quod venit cum centum millia
 35 bellatorum. destruxerunt plurime civitates usque ad solum. simi-

(a) V batismate (b) V rexsurexit (c) V quos